



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 43. Elisabethæ Hungarorum Reginæ obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

**Sæcul. XV.** tum ut pacem inter Ladislauum Poloniæ  
**A.C. 1443.** Regem, et Reginam Elisabetham conciliaret, tum ut Regni hujus Proceres stimularet ad conscribendos subsidiarios milites adversus Turcas, quorum Imperator Amurates Belgradum, alii Albam-Græcam vocant, firmissimum Hungariae propugnaculum ingenti exercitu obsederat. Adiuit etiam missus a Felice Alexander Cardinalis Tridentinus, qui prædicti Ladislai Patruelis erat, hunc Regem ad Felicis partes tracturus. Verum Hungari in Eugenii Papæ obsequio immoti perseverarunt, Polonis autem, quoniam Academia Cracoviensis auctoritatem Concilii Basileensis tuebatur, tutius visum est, neutri parti adhærere.

## §. XLIII.

*Elisabethæ Hungariæ Reginæ obitus.*

**Crom. l. 21.** Quod vero Legationem Juliani Cardinalis attinet, eadem ex animi sententia cessit, pace quibusdam conditionibus feliciter composita, quæ tamen expectatione minorem sortita est eventum; quippe supervenerat repentinus Elisabethæ Reginæ obitus, ac insuper non pauci, qui Reginæ, ejusque Filio adhæserant, qua vi, qua metu adacti, demum Poloniæ Regi sua addixerunt studia. Turcæ vero, præterquam quod Amurates a se-

ptime-

ptimestri Albæ-Græcæ oppugnatione re secul. XV.  
infecta turpiter discedere coactus effet, A. C. 1443.  
tribus insuper magnis cladibus a celebre-  
rimo Hunniade, cuius mentio alibi redi-  
bit, affecti fuere.

§. XLIV.

*Concordia cum Felice ab Alphonso  
tentata.*

Interea Alphonsus Arragoniæ Rex soli-  
tis suis fraudibus cum Eugenio Ponti- Surita hist.  
lib. 15. c. 18.  
fice æque ac cum Felice egit. Rex præ-  
primis nulla alia motus ratione ab Eu-  
genio defecerat, quam ut eundem Pon-  
tificem postulatis suis annuere compelle-  
ret. Postquam ergo Neapolis Regnum  
penitus occupaverat, epistolam ex urbe  
Neapolit die decima Aprilis ad Felicem  
dedit, decreto ad illum oratore suo Ludo-  
vico Cascusa, qui cum eo de quibusdam  
concordiæ conditionibus ageret, quarum  
summa erat: Felix primam hujus Regis  
adoptionem a Joanna Regina factam con-  
firmabit, Literas investituræ in Regnum  
Siciliæ eodem, quem Felici præscriptu-  
rus effet, tenore concedet, totam pecu-  
niarum vim Regi eo temporis momento,  
quo Alphonsus ei tanquam Pontifici ob-  
sequium deferet, promissam numerabit.  
His conditionibus expletis Alphonsus  
pollicebatur, se vicissim Patrimonium

D 2

Sancti